



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Miraculum sanctiſimæ Eucharistiæ. Capvt. XXIX.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

pater meus, & frater à regione nostra ad Abbatē  
 Iulianum, audita eius fama. Ego enim habebam  
 passionem insanabilem, quam nullus hominum  
 curare potuerat. Venientem igitur senex protin'  
 me oratione<sup>1</sup> curauit. Mansimus autem omnes  
 apud eum, & abrenunciauimus seculo. Confire-  
 itque senior patrem meum super frumentū. Qu-  
 dam verò die venit pater meus, & ait Abbati Iu-  
 liano: Frumentum non habemus. Senex autem  
 de columna respondens ait: Vade, frater, & ipse  
 quod inueneris, collige hodie, & mole, & de ce-  
 lino Deus nostri curam habebit. Ille verò in hoc  
 verbo turbatus (sciebat enim se nihil dimississe)  
 abiit ad cellam suam. Necessitate autem urgente  
 misit ad eum senex dicens: Accede huc. Ille cum  
 vix venire acquieuisset, dicit ei senior: Frater Ge-  
 non, vade, & quod inueneris, fac in cibū fratrum.  
 Ille præ iracundia sumptis horrei clauibus abiit,  
 volens teriæ puluerem ferre. Cùm autem amouit  
 claustris ostia vellet aperire, non poterat. Erato-  
 nim totum horreum frumento plenum. Quo ille  
 viso perterritus, seni veniam prostratus petiit.

<sup>1</sup> Oratione sancti viri protinus curatus est infirmus. Ma-  
 gna ergo res, Oratio.

*Miraculum sanctissimæ Eucharistiæ.*

C A P V T. XXIX.

**Q**UAS triginta milliaribus ab Aegina ciui-  
 tate Ciliciæ Stylitę i duo erant sepe rati ab  
 inuicem sex millibus passuum. Ex his alter  
 sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ com-  
 municabat, alter autem, qui etiam plus temporis  
 in columna egerat, Seuerianæ impietatis erat. Va-  
 rijsque modis hæreticus Catholicum crimina-  
 batur. Ille verò diuinitus inspiratus, petiit ab

to, vt partem sibi mitteret cōmunionis suæ. Qui gaudio elatus, quòd quasi illum seduxisset, protinus misit nihil hæsitans. Suscipiens itaque Catholicus missam sibi ab hæretico Seueriani sectatore particulam, in feruentem, ollã iniecit, moxque resoluta est. Sumptam quoq; Catholicæ Ecclesiæ sanctam<sup>2</sup> communionem in eam coniecit. Statimque feruens olla refrigerata est, & sancta communio permansit integra, neque madefacta est. Quam & diligenter seruauit, & ostendit ne bis eum ad illum venissemus.

*1 Stylis e. i. in columnis stantes vel habitantes*

*2 Hec miracula arguunt presentiam corporis in Eucharistia  
Vita Isidori monachi Melitenensis, alterumq; miraculum circa sanctissimã Eucharistiam.*

## CAPVT. XXX.

**D**AD E Cypri emporium est. In eo monasteriũ est, quod dicitur Philoxeme. Ad id eum venissemus, inuenim<sup>9</sup> ibi monachũ genere Melitenensem, Isidorum nomine. Hunc vidimus sine vlla intermissione cum eiulatu flẽtẽ. Cũ autẽ rogaretur ab omnib<sup>9</sup>, vt aliquantulũ quiesceret, & a fleru tẽperaret, nulli penitus acquiescebat, dicẽs omnib<sup>9</sup>: Nimiũ peccator sũ vltra oẽs, qui ab initio seculi fuerunt. Cũ autẽ illi diceremus: Nullus certẽ sine peccato est, nisi vnus Deus: respondebat dicẽs: Veraciter fratres, nullũ inueni inter homines similem mihi peccatorem, nullumq; maius delictum, quàm meum. Et vt cognoscatis, me vera prosequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me. Ego cũ essem in seculo, vxorem habui. Eramus autem ambo Seueriani dogmatis. Cũ ergo die quadam venissẽ domum, non inueni vxorem meam. Audiui autem, quòd